

INDEX
LECTIONVM PUBLICARVM ET
PRIVATARVM
IN ACADEMIA LVDOVICIANA
DEO DVCE ET AVSPICE

RECTORE
IO. HENRICO MAIO.

ANTIQVITATVM LITTERATVRAE GRAECAE, LIN-
GVARVMQVE ORIENTALIVM PROFESSORE,
PER INSTANS SEMESTRE AESTIVVM
HABENDARVM

OMNIVM ORDINVM ET DISCIPLINA-
RYM CVLTORIBVS INGENVIS EXHIBITVS
ATQVE COMMENDAVS

DIE XXVII. APRIL. MDCXXI.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI



GISSAE,
TYPIS VIDVAE IOH. REINH. VVLPPI, ACAD TYP.

(2)

IN FACULTATE THEOLOG.

JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,

Consiliarius in Sac. Suprem. Superintendens & Theol.

D. ac P. P. Primarius.

IN *Prælectionibus Publicis* Introductionem ad Exegesin S. Codicis universalis ex B. Dni. D. Maji Oeconomiam suppeditabit. In *Privatis Collegiis* Historiæ Ecclesiasticæ ad Celebrissimi Rechenbergii Compendium aperiet, itemque ultimam partem Theologiæ Moralis Dni. Buddæi explanabit, junctis simul Disputationibus Publicis ad Breviarium Hülsemannianum, ut & Concionibus in templo Castrensi singulis hebdomadis habendis.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

S. Th. D. & Prof. Ord. Stipend. Ephor. ac Superint.

IN *Thecticis* æque ac *Polemicis*, viam, quam hieme *privatim* ingressus est, in gratiam Auditorum, æstate premet atque perget: nec quam in enodandis *Librorum Symbolicorum* locis dubiis atque difficilioribus exorsus est telam, *publicis* lectionibus, Deo dante, conficere, nec si quæ agenda alia è re & voto Dnn. Auditorum intellexerit, suscipere omnino negliget.

JOH. GOTTFREDUS SCHUPART,

SS. Theol. Prof. Publ. Ord. Consistorii Assessor & Dioeces.

Alsfeld. Superintendens.

Rerum divinarum sapientiam, pietatemque veram instillaturus, studium Biblicum cum Systematico, justo ordine, conjunget: hinc publice interpretabitur, habita profundiori fontium cura, *Prophetias Esaiæ*; privatos vero intra parietes *libros historicos V. T.* evolver, atque *Theologiam Positivam*, juxta ductum *Compendii Bæleriani*, explanabit, simulque operam suam in reliquis Theologiæ partibus Dominis *Comilitonibus* prompte pollicetur.

CHRI-

49

❁ ; ❁

CHRISTOPH. LUDOV. SCHWARTZEMANN
SS. Theol. Dr. ejusdem & Ordin. Profess.

Ter Summo DEO clementer annuente, benedicente, conservante-
que privatim Catholicæ suæ Theologiæ secundam Partem, in specie
Petrinam, aut in duas Epistolas Petri conscriptam, communicabit atque
explicabit; ast loco publicarum Lectionum in tres Epistolas Johannis,
ac Johanneam atque Judæ-Thaddæam, ut tertiam in ejus prædictam
Theologiam, omnino tradet.

JOH. GEORG. LIEBKNECHT,

SS. Theol. D. ejusdemque Prof. P. Extraord.

Lectionum publicarum post habitam Orationem *de felici Matheseos*
cum Theologia nexu, initium faciet cum Celeb. & summe Venerab.
Theologi D. BVDDI Thesibus Theologicis *de Atheismo & superstitione*,
nuper editis, quas sedulo exponer; nec privatim iis deerit, qui suam
operam, uti huc usque, desiderabunt.

IN FACULTATE JURIDICA,
MELCH. DETHMARS GROLMAN,

Jctus, Profess. Jur. Primarius & Academiæ
Cancellarius,

Publice Jurisprud. publicam explicabi, privatim Collegia Digest. & ad
Instit. continuabit, ac posterius, intra breve tempus absolvet, no-
vum ad Jus Feudale aperiet, & Exercitium Disputatorium in usum
Generos. & Nobiliss. Dominorum Commilitorum instituet.

IMMANUEL WEBER / J. U. D.

Consil. Hassiac. & Jurium Professor Publ. Ordin.

Publicè Tit. Instit. *de Actionibus* explanabit.

) 2

Priva-

Privatim, in Cathedra *theoretice* proposita *Casibus*, in ipsis rerum argumentis & *praxi* obvenerint, ad *ειρηνην* provehet, modum ex Actis referendi, & stilum Dicasteriis adcommodatum Dni. Auditoribus, iisque solis quidem *provehentioribus*, monstraturus.

Si qui præterea vel in *Institutionibus*, *Pandectis*, jure Feudali, vel in quavis juris disciplina ejus manuactionem desideraverint, iis se non de fore, quantum tempus aliæque occupationes Facultatis permittent, ad omnia paratus pollicetur.

JO. GODOFREDUS HARTVNGIVS, D.

Jur. Prof. Publ. Ordin.

PER hoc semestre æstivum *publice* Institutiones Justinianeas, *privatim* aut Struvii Jurisprudentiam Romano - Germanicam Forenses, aut *Pandectas*, pro lubitu Dni. Commilitonum, explicabit, hisque laboribus Collegium examinatio - disputatorium super Institutionibus primum, deinde etiam, si placet, super *Pandectis*, adjunger.

JO. FRIDERICUS RYSEN /

J. U. D. & P. P. Extraord.

A *Publicis Lectionibus* ex speciali Serenissimi Principis privilegio hac æstate vacabit. *Privatim* vero eo diligentior futurus, *Jus Publicum*, ad Introductionem Schyvederianam, paucis abhinc diebus *privatissimis* Lectionibus ad finem perductum, volentibus ita Generosis & Nobilissimis Dominis Commilitonibus, denuo explicabit. Collegium quoque ff. ad *Compendium Lanterbachianum* de novo aperiet: Et in gratiam novorum Justinianeorum ad *Institut. Imp.* commentabitur: Tum, ubi justus Auditorum numerus expectationi suae responderit, *Arnoldi Corvini* a Belderen *Jus Canonicum* quoque trader. In omnibus autem ita versabitur, ut ad ornandam & augendam dignitatem Professionis suæ nihil unquam diligentie aut industriæ in se deesse videatur.

IN

✿) ; (✿

43

IN FACULTATE MEDICA

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS,

Med. D. hujusque Prof. & Archiater Hasslo-Darmst. Prim.

Ubi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunq; ratione Philiatorum conatus promovere poterit.

MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

Med. P. P. Ord.

In Lectionibus publicis *Praxin* Medicam explicabit & in Collegio privato *Cursum totius Artis*, præcedente hyeme inceprum, continuabit.

D. JOH. CASIMIR, HERTIUS,

P. P. Ordinar.

Publicè Materiam Medicam pertractabit, à Regno vegetabili, ut tem-
pori inserviat, eaque, quæ ad cognitionem Plantarum pertinent, repe-
ri possint, initium facturus: Privatim operam quoque dabit, ut Dna-
Commilitonum desideriis satisfaciat.

IO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Med. PP. Ord.

Publicè Physiologiam & Pathologiam pertractabit. *Privatim*, abso-
luta jam doctrina de necessariis artis subsidiis, Diæticis, Pharmaceu-
ticis, & Chirurgicis, ad *Praxin* specialem progredietur. Nec deerit si, in
alia quoque Medicinæ parte illustranda, Philiarri opellam suam desidera-
verint.

JO. THOMAS HENSING,

Med. D. & P. P. Extraord.

Publicè Chemiam theoreticæ & practicæ, secundum eam methodum
quam programmate significavit, docere perget. *Privatim* *Cursum*
Medi-

Medicinæ Novitiis, Artis Salutaris, Studiosis tradere incipiet. Cum Pro-
 vectioribus vero in materia medica & regulis scribendarum formularum
 pedem promovebit.

Collegium etiam Chymicum pharmaceuticum privatum ad finem
 perducet.

IN FACULTATE PHILOSO- PHICA.

MICHAEL BERNHARD VALENTINI,

Philos. Experim. Prof. P. Ord.

Publice ea quæ in *Amphitheatro Zoostomico* adhuc restant, B. C. D. ex-
 plicando absolvet & abhinc regnum naturæ vegetabile, juxta ductum
Viridarii sui Reformati, perlustrabit. Privatim autem Collegium Experi-
 mentale curiosum, peculiari programme propediem intimandum,
 aperiet.

MATTHIAS NICOL KORTHOLT,

Eloqu. & Poël. Prof. Ord. Academ. Biblioth.

Praefectus.

DEO fauente publicis laboribus die Lunae ac Martis, quomodo ars
 loquendi sit arte tacendi perficienda, docebit, Iouis & Veneris vel
 iterum elegiam Ovidii de nucæ, vel aliam eius selectiorem hora matutina
 VIII, enucleabit: die Mercurii hora pomeridiana II. Bibliothecam aper-
 turus, die vero Saturni vt singulis mensibus oratio publice recitetur, ope-
 ram daturus. Facili res negotio succeder, quoniam in vrraque lingua
 Collegium stili epistolico & oratorium practicum priuatim instituet.
 Neque deerit eloquentiae ligatae aut rei litterariae cultoribus, muneris
 partibus & promissis, quantum fieri potest, satisfacturus.

IOH.

☼) 7 (☼

44

IOH. GEORG. LIEBKNECHT,

D. & Mathem. P. P. Ordinarius.

In Observatorio publ. sedulus versabitur, cumque Instrumentis partim reparatis, partim recens exstructis, subinde Astrophilorum animos exercebit, & quod praecipuum est, ansam dabit, qua ipsi Observationes instituerent & aliorum labores rite aestimare queant. Priuatim Lectiones suas continuabit & *Elementa totius matheseos* non solum resumet, sed & *Geographiam historicam* vna cum Globorum & mapparum usu exponet, nec iis deerit, quae vnam alteramue matheseos partem, praesertim illas *Archeometricas* desiderabunt.

IO. HENR. MAIVS,

Antiquitatum & Linguarum Orientalium P. P.

Publicis quidem lectionibus ob Retorales curas vacare non poterit, priuatim tamen Rabbinica & Talmudica volentibus instillabit.

JO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Phil. Natural. P. P.

Publice doctrinam de Meteoris, spectatim igneis, exponet, simulque admiranda Auroræ, sic dictæ, Borealis cælique quasi ardentis phænomena, die 17. Februar. & 1. Martii hujus anni, tum in his, tum in aliis longe hinc distitis regionibus, visa, instituta suarum cum aliis virorum celeberr. observationibus collatione, explicabit causasque secundum experientiam & rationis leges peruestigabit, & quæstionem; num aliquid? & quid spectatim portendant? explanatius evolvere & ex libro cum Naturæ, tum scripturæ divinitus revelatæ expedire studebit. *Privatim* ad desideria Generosior. & Nobiliss. Dn. Dn. Commilitonum se accommodabit, siue Institutiones Physicas, siue Descriptionem Globi Terr-Aqu-Aerii Physicam, siue aliam quamcunque Physicæ curiosæ & utilis partem illustrari sibi concupiverint.

D. JOH.

JOH. CONRADUS ARNOLDI,

D. Logicæ & Metaphysicæ Prof. P. Ord.

Philosophiam Sobriam, a B. Meisnero olim traditam, porro Hora II. publice enucleabit, eamque novis additionibus amplificabit. Privatas Lectiones ex B. Rudrauffi, vel Cel. Buddei Logica & Metaphysica, prout Phylomusis nostris arriserit, continuandas, sic ordinabit, ut Operationum Mentis humanæ diversitatem, rescissis Logicæ vulgaris minutiis, non solum Regulis a *Celebr. de Croufaz* suppeditatis, inquitat, sed & errorum origines monstrat; inde, ne regulas arere quis putet, eas captui discipulorum clariores reddet, per exempla Theologica, Historica & Moralia, cum Theologiæ, tum Jurisprudentiæ Studiosis, provectoribus acque ac tironibus, utilia, quorum in gratiam singulis classibus separatas horas destinabit, observandorum summam expetentibus in calamus dictabit, per theses scriptas exercitium disputandi promovebit, semperque Dnn. Auditorum diligentia pari promptitudine ac fide respondebit.

SEBASTIANUS MASSON,

Moral. P. P. O.

Publice propositum suum persequetur, ut nimirum singulares quaedam theses ex disciplinis sibi commissis disputando examinentur. Privatim collegia Eth. ac Jur. N. & G. quae perducere ad finem nondum poterunt, continuabit: nova, si res tulerit, & speciatim in Polit. adornaturus.

CHRIST. FRIDER. AYRMANNVS,

Historiarum P. P.

Lectiones publicas de ratione instituendi historiam uniuersam superiori semestri inchoatas ad finem perducet, iisque introductionem ad notitiam omnis generis optimorum historiae conditorum, aliorumque huius studii subsidiorum, subiunget. Tum uero per interualla historiam antiquam & recentiore, ac Hassiæ in primis historiam, exponet atque illustrabit. Privatim uero historiam uniuersalem, & hoc quidem semestri antiquam & mediæ laei, itemque Imperii Romano-Germanici, aliorumque Europae statuum historiam, pertractabit.